

antiam Dei primum
demonstrabimus; deinde attributa di-
vina, quantum ferre potest humanæ
rationis imbecillitas, contemplabimur.
Nulli divino attributo acrius, quam
sapientissimæ Dei. Providentiæ bellum
indixerunt Religionis hostes; quamvis
ergo de singulis attributis, quantum
Philosopho licet, tractaverim, illud
tamen primarium Fidei dogma adver-
sus Incredulos vindicare, & oblatæ
variis in locis occasione demonstrare
vel maxime studui.

Neque satis est divinam hanc scien-
tiæ explicare, & de Deo subtiliter
disputare. *Philosophia non est sapien-
tia nisi adjungatur Religio*, ait Lact.
Tota quanta hæc doctrina eo tandem
refertur ut rerum omnium Creato-
rem & Dominum in omnibus nostris
actionibus veneremur, ipsique soli ser-
viamus. Itaque cum religionis funda-
menta contineat Theologia naturalis,
ipsam religionis ideoque etiam di-
vinæ revelationis necessitatem demon-
strabo. At impios incredulosque ho-
mines ad silentium quidem adigere
potest Philosophorum argumentorum
vis, de illorum autem pertinacia so-
la Gratia potest triumphare. Erravi,

in-